



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Ignorans, Seu Idiota, Sive Rusticus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

à num. 1. usque ad 11. Gom. tract. de ne-
gleg. casu 130. Et in cap. si de iure iur. & qui-
bus casibus non sit præstandum dictum
juramentum, vide Afflic. decis. 36. ubi
numerat quindecim casus.

Tertio, juramento damnū passi cre-
ditur habentis animalia, quæ damnum
fecere in manu, vel unum testem sine a-
nimalibus, Capyc. decis. 45. num. 4. &
ibi Abb. de injur. & de dato.

Quarto, juramento, an juretur læsio
ultra dimidiam iusti pretij, vel multum
excessiva. vide Capyc. dec. 159. num. 14.

Quinto, juramentum quot sint speci-
es, vide Novell. de iure protom. 1. §. quare-
vis, à num. 173.

Sexto, juramentum fidelitatis non te-
nentur clerici præstare domino terræ, ubi
habitant, nisi pro feudalibus, ad quod
tenentur Episcopi etiam, Ilter. in cap. de
for. fidelit. num. 6. de usib. feud.

Septimo, juramentum non est dan-
dum reo de veritate dicenda, nisi præ-
cedant indicia, vel infamia, vel semi-
plena probatio, quia probabile est, enim
pejorare, timentem plus tormenta quàm
perjurium. Navar. in cap. inter verba, num.
746. quicquid dicat Clar. quæst. 45. ver.
sed quero, nec excusat cōsuetudo in con-
tractum, cum sit contra jus naturale; &
divinum, uxa illud, Corripe, Matib. c. 18.

Octavo, juramentum suppletorium
non datur in criminalibus, & licet detur,
nihil tamen prodest. Clar. quæst. 36. in
princip.

Nono, juramentum de non peten-
do relaxationem à juramento, non te-
net, cap. Archidi aconus. 85. dist. Nav. conf.
1. in Eccl. benef. sine diminut. confer.

Decimo, statur juramento personæ
propriæ, quando agitur de iis, quæ ad
propriam conscientiam spectant: ut
si quisbus sapius protestatus fuerit, se
nolle profiteri Religionem, vel quid si-
mile: Navar. consil. 42. n. 7. de Regul.

Undecimo, juramentum calum-
niæ, an excuset ab expensis, vide Iason. in
l. properandum, §. sin autem aliter, nu.
27. versio. nunc versio, de iudic.

Duodecimo, juramentum calumniæ
debet præstari ab actore primo, & postea
à reo, & etiam post conclusum in causis
summariis: sed in plenariis non nisi ex
officio Iudicis, & non ad instantiam
partis, Gemin. in cap. 1. de juram. cal. libro
6. Et in cap. presentium, notab. 2. de testib.

Tertiodecimo quæritur, per quam
formam juretur de calumnia? Respon-
detur ex Gemin. in cap. presentium, ver.
sed qua erit forma, de test. lib. 6. ex Innoc.
in hæc verba: Iuro quod veritatem
dico, & si juratur per procuratorem, dici-
tur, Iuramus quod veritatem dicemus.

Quartodecimo quæritur, an in jura-
mento requiratur tactus Scripturæ? Re-
spondetur, quod sic, imò corporalis ta-
ctus, alias non sufficit, ita Gemin. in cap.
is qui, notab. 2. de elect. libro 6. & citat. gl.
in cap. ut circa, eod. tit. Et in lib. Et in Clem.
1. de hæret.

Decimoquinto, quando debet præ-
stari hoc juramentum? Respondetur,
statim post litis contestationem, Gemin.
poco cit. per cap. 1. de juram. cal. lib. 6.

IGNORANS, SEU IDIOTA, SIVE RUSTICUS.

PRIMO, ignorantem, seu idiotam, sive ru-
sticum

Nn

sticū

stico subvenitur per in integrum restitutionem. Primò, quando non potuit consulere peritiores. Alex. in consil. 14. in fin. in 2. volum. Maran. 6. par. de appellat. nu. 91.

Secundò, quando securus est consilium indocti Doctoris, facit aliquid contra jus, Foller. in addit. ad Maran. loc. cit. nu. 91. & hoc non solum in litibus, & causis, sed in contractibus, quia ex justa credulitate, vel ignorantia causatur bona fides, evitatur commissum, Guid. Pap. decis. 24. num. 2. & error juris excusat minores, fœminas, milites, & similes personas, Abb. in cap. his, qui, nu. 12. de solutio.

Tertiò, ignorantia, juris intricati, seu abstracti æquiparatur ignorantia facti. Butrius in c. cum dilect. de consuet. Capyc. decis. 69. num. 24. & hoc etiam facit pro ignorantia eorum, quæ continentur in Extravagantibus Bullis summorum Pontificum, Pragmaticis, & bannis, quæ probabile est ignorari, c. pastoralis, de fide instrum. & quia memoria hominis est labilis, & hoc maxime in foro conscientie.

Quartò, ignorantia non facit causare, devolutionem beneficiorum, Abb. in cap. ex parte. nu. 13. de concess. præb.

Quintò, idem de subtilitate juris, de qua in specialibus non curamus, idem in cap. constitutus, numero 26. de relig. dom.

Sextò, ignorans probabiliter se suspensum, excommunicatum, vel interdictum, celebrans non incurrit irregularitatem, nec requiritur, ut sit multum etriosus in sciendo, dummodò non sit negligens, l. nec supina, ff. de iur. & fact.

igno. cap. Apostolica, de cler. excommunic. celeb.

INIMICITIÆ.

Primò, inimicitia capitales, quæ dicantur, vide text. & gloss. in l. licet, ff. de arbit. & Iser. in cap. quo tempore miles in usib. feud. & hoc potest deservire pro excusatione residentie, pro repulsa testium, pro resignatione beneficiorum, & aliis huiusmodi; vide Alex. consil. 227. & Iser. in c. de stat. & consuetud. contra, c. 30. num. 31. Peng. in Direct. Com. Doctor. & Felin. in c. repellantur, de accus. num. 3. Clar. quest. 24. ver. item quero, in fine. Primò, qui occidit. Secundo, qui conatus est occidere. Tertio, qui minatus est mortem. Quarto, ex insidiis paratis vitæ, Quintò, qui accusavit in causa capitali, ut vita, adulterio, hæresi, & aliis. Sextò, qui testificatus est in causa capitali contra aliquem. Septimò, injuriarum probatio, & alia huiusmodi.

Secundò, quando inimicitia excusant à residentia beneficii ecclesiastici, vide inferius in ver. privatio, §. 4. dub. 1.

INTERESSE.

Primò, quando debeat solito negotiari, quousque, & an debeat juris actione, vel officio Iudicis, & an viduæ relictae, vide Capyc. decis. 19. per totam, ubi habes multa pro practica, & Gram. decis. 58. numero 7. ubi habetur quando debeat pena posita in contractu ratione interesse passii, & numero 9. dicit posse iudicem interesse ex officio liquidare.

Secundò,